



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Illvstrivm Miracvlorvm Et Historiarvm Memorabilivm Lib.
XII**

Caesarius <Heisterbacensis>

Antverpiae, 1605

De purgatorio Christiani monachi vallis sancti Petri, cap. 34.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13177

*Oratio
brevis
prodest.*

DVM moreretur bonæ memoriae Christianus monachus noster, cuius memini in distinctione quarta capitulo tricesimo, Abbas Geuardus domi non fuit, qui cùm septima die capitulo præsideret, & cantor diceret, secundum consuetudinem ordinis; Domine absolve fratrem nostrum defunctum; his verbis eum absolvit; Requiescat in pace. Eadem nocte Christianus cùdā seniori presbytero, nomine Sifrido, tunc temporis nouitio, & nihil profus de hac absolutione scienti, apparet in somnis, ait: Hodie liberatus sum. Qui cùm visionem magistro suo Ludolpho recitasset, ille absolutionis eius recordatus, satis admiratus est verborum virtutem. A pol. Miror si sancti, sub quorum regula religiosi viuunt, post mortem cæteris sanctis aliquid eis magis succurrant. Cæs. Etiam, sicut in sequenti visione declaratur.

CAPUT XXXV.

*Sæcti sui
ordinis
religiosis
succur-
rūt pecu-
liariter.*

NON est diu, quod sanctorum quædam de monasterio Rindorp, quod iuxta Bonnam situm est, Elizabeth nomine, debitum carnis soluit: est autem idem monasterium de regula sancti Benedicti Abbatis. Diligebat eadem Elisabeth specialiter sanctum Ioannem Euangelistam, quicquid poterat honoris illi impendens. Habebat carnalem sororem in eodem monasterio, quæ Alheydis vocabatur, hæc cùm nocte quadam, dictis matutinis, in lecto suo sedens, officium defunctorum pro anima fororis decantaret, vocem quandam circa se audiuit. Et cùm requireret, quæ esset, respondit: Ego sum Elisabeth foror tua. Et illa: Quomodo habes foror, vel unde venis? respondentem illa: Malè quidem habui, sed modò bene sum; Alheydis subjūxit: Profuit tibi aliquid sanctus Ioannes, quem tam ardenter dilexisti? Respondit illa: Verè nihil, qui mihi astitit, sanctus pater noster Benedictus fuit; ipse enim genua sua pro me flexit ante Deum. A POLLONIVS: Cùm vix aliquis euadat purgatoriū, valde me terret, quod quidam dicunt, minima poenam in purgatorio, majorem esse omni poena, quæ